

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Meritum p  
cum uariis

Grandis uiolencia est in terra nasci et celum rapere et habere per uirtutem quod non possumus habere per naturam. Regnum celorum uim patitur quia gloria Domini Israel patribus debita, a prophetis nunciata, a Christo oblata, fide gencium occupatur et rapitur, dum per penitenciam quam Iohannes predicauit, reuiuiscunt ad celestem patriam quasi in alienum locum redeuntes.

Crisostomus Mattheum XI.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

(nulla)